

*MASTER  
NEGATIVE  
NO. 92-80777-5*

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the  
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the  
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from  
Columbia University Library

## COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

*AUTHOR:*

NIEBERDING, C.

*TITLE:*

DE THEMISTOCLE  
QUAESTIO DUPLEX . . .

*PLACE:*

GLEIWITZ

*DATE:*

1864

Master Negative #

92-80777-5

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES  
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

88T28  
DZ6  
v.1

Nieberding, C  
De Themistocle quaestio duplex, von dem  
director C. Nieberding, Gleiwitz, Neumann,  
1864.  
14 p. 24 cm.

At head of title: Jahresbericht des Königlichen  
Katholischen Gymnasiums zu Gleiwitz ...

Vol. of pamphlets.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35 mm

REDUCTION RATIO: 12x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9-28-92

INITIALS M.D.C.

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





**AIM**

**Association for Information and Image Management**

1100 Wayne Avenue, Suite 1100  
Silver Spring, Maryland 20910



301/587-8202



Centimeter



Inches



MANUFACTURED TO AIM STANDARDS  
BY APPLIED IMAGE, INC.

1102

# Jahresbericht

des

Königlichen katholischen Gymnasiums zu Gleiwitz, 17

für das Schuljahr 1863/64,

womit

zu der am 11. und 12. August abzuhaltenden

**öffentlichen Prüfung aller Klassen**

und

der auf den 13. August festgesetzten

**Schlussfeierlichkeit**

alle Gönner und Freunde der Anstalt

ergebenst einladet

**C. Nieberding,**

Director, Ritter des rothen Adler-Ordens IV. Kl.

## Inhalt.

1. De Themistocle quæstio duplex, } Von dem Director.
2. Schulnachrichten, }



Gleiwitz,

gedruckt bei Gustav Neumann.

1864.

### De Themistocle quæstio duplex.\*)

Quum nuper interpretantes in scholis primum librum Ciceronis de officiis incidissemus in eum locum, quo bellicas res comparat cum urbanis, illud quidem, quod victoriam Salaminiam Themistoclis semel profuisse civitati, Solonis autem consilium, quo constituerit Areopagitas semper profuturum dicit, permirum sane ac levissimum argumentum visum est; quod autem addit, Themistoclem ab Areopago esse adjectum bellumque illud gestum consilio Areopagi, quamquam speciosius quam verius dictum videbatur, ejusmodi tamen erat, quod ad inquirendum invitaret. Ita nata mihi est quæstio, quæcunque Themistocles aut aliquanto ante illud bellum præparavit aut in ipso discrimine gessit, utrum suo Marte gessisset an consilio et auctoritate Areopagi.

Sed de Themistoclis rebus gestis qui quæstionem aliquam instituerit, non poterit, quin simul de ætate hujus viri certam ac stabilem sententiam sibi formandam existimet. In hac enim re et apud veteres ipsos fuerunt et etiam nunc sunt maximæ scriptorum dissensiones. Nam in tota Themistoclis vita præter victoriam Salaminiam vix ulla res est, quæ quo anno gesta sit vel evenerit, pro certo affirmari possit. Neque solum de annis dubitatur, sed etiam de rebus ipsis. Cum enim temporum illorum ratio etiam apud veteres scriptores obscura et incerta fuit,<sup>1)</sup> tum multæ ferebantur ab inimicis summi viri fictæ fabulæ, quæ deinde a rhetoribus comicisque mirifice auctæ et exornatæ sunt.<sup>2)</sup> Nonnullis de rebus ex vita Themistoclis diligentissime quæsivit et doctissime disputavit K. W. Krüger *histor. philol. Studien*, tom. I., tetigit rem Maxim. Dunker, *Geschichte des Alterth.* tom. 4, p. 650, Sintenis ad *Plut. Them.*, Krafft in *Pauly R. L.*, alii.

\*) Gravioribus trium collegarum levioribus meis valetudinis incommodis per hunc annum admodum conflictatus facile essem passus, si hoc præfandi munus, quod ordine ad me redierat, juniorum humeris imponi potuisset. Quod quoniam fieri non poterat, ipse pro tempore defungi eo sum coactus.

<sup>1)</sup> cf. *Thucyd.* I, 97. *Plut. Them.* 2, 27. — <sup>2)</sup> *Cicero Brut.* 10. *Plutarch. Them.* 2. —

Atque de ætate quidem Themistoclis jam veteres scriptores in duas sententias discussisse duasque rationes secutos esse in promptu est, alii enim eum decem fere annis ante natum volunt quam alii, atque ita ejus ætas in contrarias partes distrahitur ut modo cum Cimone modo cum Miltiade reipublicæ cum præfuisse putes. Utramque rationem denique confudit Plutarchus, omnia undique conquisivit et conjunxit, ut neque temporum ratio constaret neque morum. Quæ cum ita sint, ad ætatem Themistoclis constituendam præter ceteros quin recte adhibeantur gravissimi auctores Herodotus et Thucydides, non potest dubitari, quidquid præterea memoriæ proditum invenimus, si cum illis auctoribus pugnat, rejiciendum, si minus, per se judicandum erit.

Primum igitur plures scriptores Themistoclem plane æqualem faciunt Aristidis, ita præter alios Ariston apud Plut. Them. 3. Arist. 2. Hoc loco enim Plutarchus scribit: *ἔνιοι μὲν οὖν φασὶν παῖδας ὄντας αὐτοὺς καὶ συντρεφομένους ἀπ' ἀρχῆς ἐν παντὶ καὶ σπουδῆς ἔχομένῳ καὶ παιδιᾷς πράγματι καὶ λόγῳ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους καὶ τὰς φύσεις εὐδὺς ὑπὸ τῆς φιλονεκίας ἐκείνης ἀνακαλύπτεσθαι* sqq. — *Ἀριστῶν δ' ὁ Κείος ἐξ ἐρωτικῆς ἀρχῆς γενέσθαι φησὶ καὶ προελθεῖν ἐπὶ τοσοῦτον τὴν ἔχθραν αὐτῶν* sqq.

Cum eo consentit, quod in prælio apud Marathonem prætor cum Miltiade et Aristide tribum suam duxisse dicitur. Plut. Arist. 5. Inde Justinus II, 11: „Inter ceteros tamen Themistoclis adolescentis gloria eminuit, in quo jam tum indoles futuræ imperatoris dignitatis apparuit,“ quamquam hic paulo verecundius „adolescentis“ dicit. Quin etiam Dionysius Halic. VI, 34. tribus annis ante illud prælium i. e. 493 a. C. Themistoclem archontem Athenis fuisse scribit. Quod autem Plutarchus Them. 4. Themistoclem legem de augendo numero navium pertulisse dicit adversante Miltiade, fortasse pro errore potius habendum et de Aristide intelligendum est. Miltiades enim post expeditionem in Parum insulam (a. 489) vulnere confectus et accusatus non potuit duobus annis post (bello Aeginetico) adversari Themistocli. Nec magis probabile, quod ab eodem Plutarcho Them. 6. narratur: *ἐπαινείται δ' αὐτοῦ καὶ τὸ περὶ τὸν διγλωττον ἔργον ἐν τοῖς πεμφθεῖσιν ὑπὸ βασιλέως ἐπὶ γῆς καὶ ὕδατος αἴτησιν. ἐρμηνεία γὰρ ὄντα συλλαβῶν διὰ ψηφίσματος ἀπέκτεινεν ὅτι φωνὴν Ἑλληνίδα βαρβάρους προστάγμασιν ἐτόλμησε χρῆσαι. ἔτι δὲ καὶ τὸ περὶ Ἄρθμιον τὸν Ζελεΐτην· Θεμιστοκλέους γὰρ ἐπιόντος καὶ τοῦτον εἰς τοὺς ἀτίμους καὶ παῖδας αὐτοῦ καὶ γένος ἔγραψαν ὅτι τὸν ἐκ Μήδων χρυσὸν εἰς τοὺς Ἑλληνας ἐκόμισεν.* Hoc enim si verum esset, non ante expeditionem Xerxis, quo loco Plutarchus eam rem intrusit, factum esset, cum eo tempore ad Athenienses præcones non sint missi, sed ante prælium ad Marathonem a. 491<sup>1)</sup> Mirabilis etiam est, quod Juncus quidam sive philosophus sive

<sup>1)</sup> Herod. VI, 49. VII, 133.

rhetor in laudatione senectutis Themistoclem prope senem in bello Persarum imperatorem esse factum scribit apud Stobæum 116: *τὸν Θεμιστοκλέα Ἀθηναῖον νέον μὲν ὄντα ὁ πατὴρ ἀπεκήρυξε διὰ τὰς ἐν τῇ νεότητι ἀμαρτὰδας, πλησίον δὲ γήρωσ ἐκείνον οἱ Ἀθηναῖοι στρατηγὸν εἶλοντο ἐν τῷ Περσικῷ πολέμῳ.* Hoc cum per se absurdum tum *ἀντιθέσεως ἕνεκα* rhetorice inventum esse patet, quare eo testimonio Krüger uti non debuit.

Non melioris notæ, immo dignissimum illo est testimonium Aeliani var. hist. III., 21. qui Themistoclem puerum olim Pisistrato tyranno via cedere noluisse scribit. Quis hic rhetorem pueri magnum animum laudantem non videt? Neque minus quam de initio vitæ Themistoclis de exitu inter se dissentiunt scriptores, sed diversa causa. Ut enim illius dissensionis prima causa in eo quaerenda videtur, quod duo illustrissima prælia quidam non satis discernent et Themistoclem in utraque egregiam operam præstitisse putarent, ita altera nata est ex eo, quod de tempore quo obiisset Xerxes, non satis constabat. Quæ alia est quaestio.

Venio ad alteram eamque sinceram rationem, quam eandem et Herodoti et Thucydidis fuisse statuo. Cujus rationis multa vestigia apud Plutarchum quoque inveniuntur. Ex ea enim ratione Themistocles non plane æqualis fuit Aristidis sed ut Nepos vit. Aristid. 1. scribit, fere æqualis, vel ætate paulo minor. Hoc verum esse primum conjectura facile assequimur. Nolo urgere verba Plutarchi Arist. 2, ubi Aristidem familiarem Clisthenis fuisse dicit, præsertim cum testimonia Aeliani et Stobæi repudierim, qui Themistoclis ætatem vel ad Pisistratum referunt. Sed ipse Plutarchus, qui non minus Themistoclem quam Aristidem in pugna Marathonica cum Miltiade prætores fuisse scribit, (quod quam sit falsum infra docebitur), tamen Aristidem *δόξῃ καὶ δυνάμει δεύτερον* post Miltiadem fuisse dicit eundemque auctoritate sua effecisse, ut Miltiadi summum imperium cederetur, Themistoclis nullam egregiam operam commemorat. Deinde cum eodem fere tempore Themistocles et Aristides mortem obiisse videantur, Aristidem Plutarchus scribit *γῆρα τιμώμενον καὶ θανατούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν* e vita excessisse, de Themistoclis senectute neminem præter ineptum illum rhetorem mentionem fecisse videmus. Gravissimum autem argumentum, quo Aristidem natu majorem fuisse intelligas, illud est, quod Themistoclis opera Aristides in exilium missus est. Nam auctoritate jam florentem ab juniore æmulo in invidiam vocari et subverti consentaneum erat. Confirmatur sententia per se probalis optimorum auctorum testimoniis. Primum enim ipse Plutarchus<sup>\*)</sup> de dissensione, quæ fuit inter Aristidem et Themistoclem, disputans scribit: *λέγεται δὲ (ὁ Θεμιστοκλῆς) οὕτω παράφορος πρὸς δόξαν εἶναι καὶ πράξεων μεγάλων ὑπὸ φιλοτιμίας ἐραστῆς ὥστε νέος ὢν ἐτι τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης πρὸς τοὺς βαρβάρους γενομένης καὶ τῆς Μιλ-*

<sup>\*)</sup> Them. 3.

τιάδου στρατηγίας διαβηθείσης σύννους ὀραῖσαι τὰ πολλὰ πρὸς ἑαυτῷ καὶ τὰς νύκτας ἀγρυπνεῖν καὶ τοὺς πότους παραιεῖσθαι τοὺς συνήθειαι καὶ λέγειν πρὸς τοὺς ἐρωτῶντας καὶ θαυμάζοντας τὴν περὶ τὸν βίον μεταβολήν, ὡς καθεύδειν αὐτὸν οὐκ ἐφή τὸ τοῦ Μιλτιάδου τρόπαιον.<sup>1)</sup> Hæc non conveniunt in eum, qui tribus annis ante illud prælium archon deinde in ipso prælio Miltiadis collega fuisset, sed in eum, de quo Herodotus<sup>2)</sup> ἦν δὲ τῶν τῶν Ἀθηναίων ἀνὴρ ἐς πρώτους νεωστὶ παριῶν, τῷ οὐνομα μὲν ἦν Θεμιστοκλῆς; et Nepos Them. 2. „Primus autem gradus fuit capessendæ reipublicæ bello Corecyraeo“ i. e. Aeginetico, quod gestum est ab anno 488.

Statuendum igitur est, Themistoclem cum adolescens paulo liberius vixisset,<sup>1)</sup> post pugnam Marathoniam magnorum virorum inprimis Miltiadis exemplo excitatum totum se reipublicæ dedidisse brevique illuxisse. Nam subito et juvenili quodam ardore eum ad rempublicam latum esse Plutarchus c. 3 narrat. In ea administranda autem statim eam rationem iniit, quam per totam vitam retinuit, ut maritimas Atheniensium opes quam maximas faceret. Herodotus enim laudata ejus prudentia in oraculo Apollinis interpretando: ἐτέρη τε, inquit, Θεμιστοκλῆϊ γνώμη ἔμπροσθε ταύτης ἐς καιρὸν ἠρίστευσε, ὅτε Ἀθηναίοισι γενομένων χρημάτων μεγάλων ἐν τῷ κοινῷ, τὰ ἐκ τῶν μετὰλλων σφι προσῆλθε τῶν ἀπὸ Λαυρείου, ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἑκαστὸς δέκα δραχμάς. τότε Θεμιστοκλῆς ἀνέγνωσε Ἀθηναίους τῆς διαιρέσεως ταύτης παυσάμενους, νέας τουτέων τῶν χρημάτων ποιήσασθαι δικασίας ἐς τὸν πόλεμον τὸν πρὸς Αἰγινήτας λέγων &c.<sup>4)</sup> Quod cum persuasisset Atheniensibus, ut vicenæ quotannis triremes ædificarentur<sup>5)</sup> anno 486 vel 487 ædificari cæptæ sunt. cf. Krüger l. c. M. Dunker l. c. Quod autem Nepos l. c. scribit, Themistoclem prætorem a populo factum ad id bellum Aeginetas fregisse, quamquam a vero non abhorret, tamen ejus opera non tanta fuit, quæ ab Herodoto<sup>6)</sup> commemoraretur. Parum accurate autem rem exposuisse Nepotem vel ex eo intelligitur, quod „classe centum navium celeriter effecta“ Themistoclem hostium opes fregisse scribit, cum navibus illis contra Aeginetas non usos esse Athenienses scriptorum testimoniis constet.<sup>7)</sup>

Ex his omnibus facile est ad judicandum quid tribuendum existimem ei quem supra commemoravi Dionysio Halic.<sup>8)</sup> Themistoclem anno 493 a. C. archontem fuisse Athenis scribenti. Posuit haud dubie id quod duobus vel tribus annis ante secundam Persarum expeditionem in Græciam factum erat, totidem annis ante primam. Quis, quæro, crediderit, cum Aristidem anno demum post prælium ad Marathonem ad eum honorem

<sup>1)</sup> Cicero Tusc. disp. IV, 19, 44. — <sup>2)</sup> VII, 143. f. Krüger. <sup>3)</sup> Plut. Them. 3. Nepos Them I.

<sup>4)</sup> cf. Thucyd. I, 14. Plut. Th. 4. Nepos Them. 3. — <sup>5)</sup> Dioid. Sic. XI, 43, quod ad annum 487 referendum esse patet, cum Diodorus ad annum 477 rem commemoret. —

<sup>6)</sup> VI, 87. — <sup>7)</sup> Herod. l. c. Thucyd. I. 14. Plut. Them. 4. — <sup>8)</sup> VI, 34. —

pervenisse sciamus, Themistoclem quatuor annis ante Aristidem eo dignum esse visum? Pugnatum id non solum cum verbis Corn. Nepotis, primum ejus gradum fuisse capessendæ reipublicæ bello Aeginetico, sed etiam ipsius Thucydidis I, 93. qui murum Piræi portus inchoatum scribit ἐπὶ τῆς ἐκείνου (Θεμιστοκλέους) ἀρχῆς ἢ κατ' ἐνιαυτὸν ἤρξε. Murum illum autem inchoatum esse paucis annis ante expeditionem Xerxis vel anno 482 idoneis argumentis dudum probavit Krüger, quem M. Dunker l. l. p. 475 non satisfacisse miror. Mihi quidem dubium non esse videtur, quin semel tantum et quidem anno 482 archon eponymus fuerit Themistocles. Secutum est bellum Persarum, in quo στρατηγὸς αὐτοκράτωρ electus anno 480 rem tam bene gessit, ut victus sit hostis magis consilio Themistoclis quam armis Græciæ. Paucis annis post 477 archonte Adimante vicit choro tragico, si quidem fides habenda est Plutarcho.<sup>1)</sup> De exilio Themistoclis scriptores et veteres et novi mirum in modum inter se dissentiunt, atque temporum ratio admodum est turbata. Tempus quo patriam fugit constituendum est ex tribus aliis rebus gestis, quæ a Thucyde I, 135 commemorantur. Primum quo tempore Pausanias capitis est damnatus, Themistocles Argis in exilio vivebat; deinde cum Naxus insula ab Atheniensium exercitu obsidebatur, navi in Asiam fugit; denique cum nuper Artaxerxes regnum occupaverat, in Asiam pervenit. Ex his tribus autem unum tantum quo anno factum sit ex ipso Thucyde intelligitur, cum Naxum insulam ab Atheniensium exercitu obsessam et expugnatam esse scribat anno 471—470.<sup>2)</sup> Inde sequitur, ut Themistocles anno fere 471 Argis fugerit Corcyram, inde ad Admetum trajecerit. Argis autem aliquantum temporis eum vixisse oportet, cum inde reliquam Peloponnesum obierit eodemque aliquam partem rei familiaris transportaverit.<sup>3)</sup> Non pugnat cum eo neque Plut. Them. 22, neque Nepos Them. 8. Itaque anno fere 473 in exilium eum missum esse recte statuunt multi. Postquam enim Aristides in patriam revocatus rei publicæ denuo præesse cæpit, Themistoclis gratiam apud cives sive ipsius arrogantia sive adversariorum obrectatione paulatim minutam esse constat. Quo tempore Aristides quantum pecuniæ quæque civitas daret ad bellum contra Persas persequendum constituit, (a. 475) Themistocles, siquidem credendum est Plutarcho,<sup>4)</sup> iniquissimum acerrimumque æmuli judicem atque irrisorem se præbuit, quod quidem labefactatæ jam fortunæ indicium est habendum. Illud autem quod Atheniensibus suasurus fuisse dicitur, ut Græcorum classem incendio delerent, cum tam varie rem a scriptoribus narratam videamus,<sup>5)</sup> unum ex rhetorum commentis esse putaverim. Quodsi tempus exilii recte constitutum est, Pausaniam circiter anno 472 proditionis convictum mortem obiisse oportet. Pausania enim mortuo

<sup>1)</sup> Them. 5. — <sup>2)</sup> cf. Krüger l. c. Thucyd. I, 98. 99. — <sup>3)</sup> Thucyd. I, 135. 137. —

<sup>4)</sup> Aristid. 24. — <sup>5)</sup> Plut. Arist. 22. Cicero de off. III, 11. Dioid. Sicul. XI p 173 ed. Wess. —

statim Themistoclem Argis degentem a Spartanis proditionis accusatum esse scribit Plutarchus Them. 23. Sed major existit alia controversia.

Thucydides quidem et Charon Lampsacenus Xerxe paulo ante mortuo ad Artaxerxem, contra Ephorus, Heraclides, alii ad ipsum Xerxem in Asiam venisse Themistoclem scripserunt. Quamquam igitur Plutarchus Them. 27 scribit *τοῖς δὲ χρονικοῖς δοκεῖ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης συμφέρεσθαι*, ne Thucydidis quidem ratio temporibus convenire videtur. Si enim Artaxerxes anno 465 a. C., ut est apud Diodorum,<sup>1)</sup> regnum occupavit, non potest intelligi, cur Themistocles cum anno 470 in Asiam venisset, quinque demum annis post regem adierit. Sunt quidem, qui eum quinque annos in Aeolide commoratum deinde ad regem profectum esse statuunt; qui mihi parum videntur reputasse, quam sit non probabile, eum qui jam apud Admetum se ad regem proficisci velle professus esset,<sup>2)</sup> cum in Asiam venisset, quinque fere annos otiosum ibi vixisse, tandem quid vellet reminiscentem epistolam ad regem misisse et anni spatium ad discendam Persarum linguam petivisse. Plutarchus quidem fabulam narrat tragice ornatam; at Thucydides Themistoclem cum Ephesum pervenisset ibique aliquanto post dominum navis qua vectus erat magnifice remuneratus esset, cum principe aliquo Persarum in interiora illius terræ profectum ad regem misisse epistolam et anno post in aulam admissum esse scribit. Itaque mihi quidem non dubium videtur esse, quin verum viderit Krüger ex Thucydidis ratione aliquot annis ante quam a Diodoro scriptum est, regnum occupavisse Artaxerxem statuens.

Mortem Themistoclis alii in annum 470 a. C. conferunt velut Krüger et Sintenis; alii in annum 460 velut Dunker; sunt etiam qui ad annum 450 vel 449, eum vixisse dicant, ut Krafft apud Pauly v. Them., alii. Atque hi quidem ut id facerent commoti videntur iis, quæ præter pauca cum Thucydide congruentia multa congescit commenta rhetorum Plutarchus. Is enim non solum cum Cimone adolescente Olympiis magnifico apparatu certasse scribit Themistoclem *μήπω γνώριμον γεγονότα*,<sup>3)</sup> sed etiam multus est in enarrandis aliis rebus ex ejus vita, quæ si veræ essent eum satis longum temporis spatium in Asia vixisse evincerent.<sup>4)</sup> Ita ex Theopompo affert, Themistoclem non per Asiam vagantem sed Magnesiae habitantem summa rerum copia et magno honore diu securum vixisse (*πολὺν χρόνον ἀθεῶς διήγεν*), cum rex propter domesticas seditiones ad Græcorum res animum non admodum attenderet. *Ὡς δ' Ἀγυπτὸς τε ἀφισταμένη βοηθούτων Ἀθηναίων καὶ τριήρεις Ἑλληνικαὶ μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας ἀναπλεύσαι καὶ Κίμωνος θαλαττοκρατῶν ἐπέστρεψεν αὐτὸν ἀντεπιχειρεῖν τοῖς Ἑλλησι καὶ κωλύειν αὐξανομένους ἐπ' αὐτὸν, ἥδη δὲ καὶ δυνάμεις ἐκινούντο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγγελίαι πρὸς Θεμιστοκλέα τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτεσθαι κελεύοντος βα-*

<sup>1)</sup> IV, 232. — <sup>2)</sup> Thucyd. I. c. — <sup>3)</sup> Them. 5. — <sup>4)</sup> Them. 31. —

*σιλέως καὶ βεβαιῶν τὰς ὑποσχέσεις ... ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τὴν τελευταίην πρέπουσαν &c.* Quæ ex eorum ratione, qui Themistoclem sumpto veneno mortem invenisse statuerent, tragice exornata esse sponte apparet. Ne temporum quidem ratio constat cum res tempore diversæ inter se sint commixtæ. Inarus circiter 462 a. C. seditionem in Aegypto fecit.<sup>1)</sup> Eo tempore Athenienses ducentis navibus expeditionem in Cyprum insulam fecerunt indeque in Aegyptum navigarunt. Cimon autem ab anno 461 usque ad a. 456 a patria abfuit exilio multatus et a. 449 demum cum ducentis navibus ad bellum cum Persis persequendum Cyprum navigavit ibique mortuus est. Hanc Cimonis *θαλαττοκρατίαν* qui cum Plutarcho statuunt regi causam fuisse, cur ad Græcorum res animum rursus adverteret, non possunt quin anno 450 vel 449 Themistoclem vita decessisse putent. Sed quam levi argumento patet. Nam *Ἀγυπτὸς ἀφισταμένη* et *Κίμωνος θαλαττοκρατῶν* res sunt fere duodecim annis inter se distantes.

Nos igitur hac quoque in re potissimum Thucydidem sequimur. Is autem Themistoclem scribit anno 470 per mare Ephesum venisse ibique aliquanto post, cum bona ab amicis Athenis clam ei missa essent, domino illi navis liberaliter gratiam retulisse; literis deinde ad regem missis insequenti anno Susis cum eo collocutum esse. Regem non statim tantum virum rursus dimisisse sed aliquod tempus secum habere voluisse credi potest Plutarcho, cum etiam Thucydides idem significare videatur verbis illis: *γίγνεται παρ' αὐτῷ μέγας καὶ ὄσος οὐδεὶς πῶ' Ἑλλήνων*. Postea ad mare reversum tribus urbibus a rege donatum Magnesiae eum vixisse ibique mortuum esse idem Thucydides tradit. Quod igitur Theopompus apud Plutarchum<sup>2)</sup> scripsit, Themistoclem satis longum temporis spatium Magnesiae in otio vixisse (*πολὺν χρόνον ἀθεῶς διήγεν*), ei neque Thucydides nec res ipsæ adversantur. Itaque si anno 469 epistolam ab eo ad regem esse missam, a 468 ipsum Susa profectum ibique annum vel biennium commoratum statuimus, ita ut fere 466 ad mare redierit, vita Themistoclis ad annum fere 462 proferenda videtur. Quod cum prorsus congruat cum eo quod Plutarchus de Inari seditione et de expeditione Græcorum in Aegyptum scribit, hæc quidem in re fides Plutarcho non est abroganda. Atque si ne illud quidem ab eodem auctore erratum putamus, quod Themistoclem 65 annos complevisse scribit, — nihil enim video cur de eo dubitemus — ætas ejus ab anno 525 vel 527 ad annum 460 vel 462 pertinet. Sed hæc hactenus; restat ut de altera quæstionis parte dicamus.

„Et Themistocles quidem nihil dixerit, in quo ipse Areopagum adjuverit: at

„ille vere ab se adjutum Themistoclem. Est enim bellum gestum consilio

„senatus ejus, qui a Solone erat constitutus. Cicero de off. I, 22.“

Etiamsi quidquid singuli Areopagitæ aut prudenter suadebant aut fortiter faciebant,

<sup>1)</sup> Thucyd. I. 104 — <sup>2)</sup> Them. 31. —

auctoritatem universi hujus consilii augebat, atque ita Themistocles non minus quam Aristides postquam archontis munere perfunctus est in Areopagitarum consilium receptus recte dici potest auctoritate et gloria illud auxisse atque adjuvisse, tamen Cicero hoc loco Themistoclem belli ducem componit cum sanctissimo illo concilio et magis ab illo in bello gerendo Themistoclem, quam ab eo belli duce in suo aliquo discrimine adjutum esse Areopagum dicit. Quærentibus igitur quomodo quibusque in rebus Areopagitarum concilium Themistoclem adjuvisse videatur, et rectene dicatur hujus senatus consilio bellum Persarum esse gestum, reminiscendum est, quo munere in civitate functus sit Areopagus. Hoc loco autem non de judiciis sed de munere ejus senatorio loquimur. Areopagum cum Solon *ἐπίσκοπον πάντων καὶ φύλακα νόμων*<sup>1)</sup> constituisset, potestatem ejus non certis finibus inclusam sed quodam modo infinitam fuisse oportet. Sed eorum, qui ita constituti sunt, magistratuum ea est natura atque vis, ut multa aliis parare possint impedimenta, nihil fere per se agere. Ita Areopagus cum curaret, quomodo magistratus constitutis legibus uteretur (*ἐπιμελεῖτο τῶν νόμων, ὅπως ἂν αἱ ἀρχαὶ τοῖς κειμένοις νόμοις χρῶνται.*<sup>2)</sup>) omnibus rebus et muneribus magistratuum immiscere se atque officere poterat. Neque tamen impedire solum prava consilia sive privatorum sive magistratuum sed etiam auctoritate sua quam maxime adjuvare poterat consilia reipublicæ salutaria. Cum enim quidquid magnorum prudentiumque virorum Athenis erat, fere in hoc nobile consilium reciperetur, facile potest intelligi, quanta auctoritate apud reliquos cives fuerit. Maxime autem in graviore aliquo negotio publico et in discrimine civitatis non tam magistratus quam viros auctoritate insignes, virtute et sapientia præstantes omnes suspiciunt, ab iis auxilium expectant. Itaque nunquam majore auctoritate potestateque usus est Areopagus, quam tempore belli Persarum, ut fortiorem reddidisse civitatem eo tempore et etiam oligarchicam quandam potentiam eum sibi vindicasse scribat Aristoteles<sup>3)</sup> *μεταβάλλουσι δὲ καὶ εἰς ὀλιγαρχίαν καὶ εἰς δῆμον καὶ εἰς πολιτείαν ἐκ τοῦ εὐδοκιμῆσαι τι ἢ αὐξήθηναί ἢ ἀρχεῖον ἢ μόριον τῆς πόλεως οἷον ἢ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλή εὐδοκιμῆσασα ἐν τοῖς Μηδικοῖς ἔδοξε συντονωτέραν ποιῆσαι τὴν πολιτείαν.* II, 9. *εἶναι γὰρ τὴν μὲν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλήν ὀλιγαρχικὴν.* Qua auctoritate cum utebatur ad impedienda Themistoclis consilia, nihil ille valebat, cum adjuvabat ea, nihil erat quod perficere ille non posset. Huic igitur senatui cum universo tum singulis qui in eo erant viris consilium suum quod in defendenda civitate belloque gerendo secuturus esset, Themistoclem probare necesse erat, idque eo facilius facere poterat, cum et Aristides et Themistocles in eum ordinem recepti essent. Quare id quod postea unus ex præstantissimis Areopagitis Aristides apud Salamina ad Themistoclem locutus esse fertur:<sup>4)</sup> *ἐπεὶ καὶ νῦν σὲ πυνθάνομαι μόνον ἀπτεσθαι τῶν ἀρίστων*

1) Plat. Pol. 19. — 2) Andocid. de myst. § 83. — 3) Polit. V 3. — 4) Plut. Arist. 8. —

*λογισμῶν* &c. omnes fere tum sensisse Areopagitas recte statueris. Quicumque enim judicio valebant, neminem in civitate esse intelligebant, qui salutem invenire patriamque ab hostibus defendere posset, nisi Themistoclem, et cum ejus rationem satis cognovissent atque probassent, omni sua auctoritate apud imperitam multitudinem adjuvare debebant. Quod cum per se sit perspicuum, tum rebus gestis et scriptorum testimoniis confirmatur.

Ut jam ad singula veniamus quæ Themistocles in re publica instituit vel novavit, illud quidem recte dubitaveris, num Areopagitæ aut universi aut etiam major pars probaverit, quod Themistocles quasi naturam civitatis mutare, opes maritimas maxime augere et ad tenuiorum civium operam atque studium reipublicæ salutem referre instituit. Quamvis vero multi ex iis, cum omnes *ἐκ τῶν πεντημοσιομεδίων* essent, cum Aristide huic Themistoclis consilio obniterentur, tamen fuisse etiam, qui cum eo consentirent, putaverim. Nam contra universi Areopagi auctoritatem novum illud in civitate moliri Themistocles vix esset ausus. Postea vero cum confirmatis Atheniensium opibus, Aristide in exilium misso, nemo esset, qui tantis rebus gerendis par esse videretur, nisi Themistocles, non potest dubitari, quin et probante Areopago adeoque adjuvante solus ille ad hoc bellum prætor sit designatus, et ab eodem omnibus in rebus gerendis quam maxime adjutus. Quod enim Plutarchus<sup>1)</sup> Epiciden quendam pecunia a Themistocle corruptum esse scribit, ut a petendo desisteret neve consilia sua turbaret, commentum rhetorum habendum est. Nullo igitur, quantum quidem constat, exemplo sed contra morem majorum auctoritate Areopagi Themistocles *στρατηγὸς αὐτοκράτωρ*<sup>2)</sup> ad id bellum electus est, qui honos ne Aristidi quidem insequenti anno contigit, quippe qui *αὐτοκράτωρ ἐπὶ τὴν μάχην*<sup>3)</sup> tamen Leocratem et Myronidem *συστρατηγούς* habuerit. Dicit autem vix potest, quanta cura atque industria Themistocles cum duobus annis ante ipsum bellum archontis munere fungens, tum prætor ad bellum gerendum electus omnia quæ ad bellum necessaria essent providerit ac præparaverit. Primum cum bellum imminere viderent, commune omnium Græcorum, qui terram et aquam non dedissent concilium convocatum est in Isthmum Atheniensium id est Themistoclis hortatu.<sup>4)</sup> Ibi vero præter ceteros Themistocles et Chileos Arcas suaserunt et contenderunt, ut omnes dissensiones inimicitiaque, quæ inter civitates intercederent maxime inter Athenienses et Aeginetas, componerentur aut inter bellum cum Persis quiescerent. Deinde legati ex Spartanis et Atheniensibus singuli missi sunt in omnes colonias quæ maritimis opibus valerent, ut ad propulsandum communem hostem invitarentur. Missi sunt in Cretam insulam, Corcyram, Agrigentum, Syracusas. Ut autem quo loco res esset quantæque copię pararentur a Persis ne ignorarent, speculatores ad omnia explo-

1) Them. 6. — 2) Plut. Them. 8. — 3) Plut. Arist. II, 20. — 4) Dunker I. I. p. 740. Herod. VIII, 145. Plut. Them. 6. —

randa in Asiam missi sunt. Qui ubi in Græciam incolumes redierunt, omnia quæ scire opus erat edocti, de bello gerendo jam consilium erat capiendum. Sed ea in re Spartanorum reliquorumque Peloponnesiorum ratio longissime dissidebat ab ea, quam Athenienses sive Themistocles ineundam esse censebant. Quum enim Peloponnesii Isthmum muro intercludere conarentur suæ potissimum salutis memores, Themistocles civibus persuadebat, ut quam longissime a patria obviam irent barbaris navibusque confligerent.<sup>1)</sup> Quum vero Olympi montis fauces defendere non potuissent et in Isthmum reversi duces iterum deliberare cœpissent, tandem invitis, ut recte Dunker l. l. docuit, Spartanis Atheniensium vel potius Themistoclis ratio vicit, ut Thermopylarum angustiæ occuparentur, classisque communis Græciæ ex adverso apud Artemisium consisteret.<sup>2)</sup> Hæc omnia igitur magis probante Areopago quam adjuvante a Themistocle gesta esse patet. At cum ex Thessalia Græcorum copiæ infecta re domum redissent, ab Atheniensibus, qui sibi præter omnes periculum imminere intelligerent, consultum est oraculum Delphicum. Quod eo tempore factum esse recte vidit Dunker l. l., quamquam Herodotus l. c. ante expeditionem in Thessaliam id collocauit, Plutarchus post reditum ex Artemisio collocare videtur. Quis Themistoclem ducem pedestris exercitus in Thessaliam profecturum fuisse credat, si jam illo tempore oraculum consultum esset ipseque civibus ut omnia in naves conferrent persuasisset? quis autem navibus ex Artemisio reversis cum Persæ per Thermopylarum angustias in Græciam se effudissent, consulendi oraculi et deliberandi tempus fuisse putet? Quare recte statuit Dunker post reditum demum ex Thessalia, cum illa spe dejecti omnium animi consilii inopes hærent et ne Pythia quidem spem ullam salutis videret, Apollinem esse consultum. Themistocles vero et quicumque cum illo rerum periti Athenis erant, satis intelligebant, nisi Athenienses urbem relinquere et in mari fortunam periclitari parati essent, patriam servari non posse; itaque omni virium contentione ut id facere vellent civibus persuadebant. Quam quidem ad rem et auctoritate sanctissimi Areopagitarum consilii et deorum immortalium jussu opus erat. Itaque hac in re Themistoclem ab Areopago maxime adjutum esse crediderim. A quo cum consilium Themistoclis esset probatum, populo persuasum est, ut in tanto rerum discrimine legati Delphos mitterentur, qui Apollinem consulerent. Quibus quid Apollo responsurus esset, nemo scilicet melius intelligebat Themistocle.<sup>3)</sup> Ut enim parati essent cives ad extremam fortunam tentandam patriamque ipsam relinquendam, primum ad summam desperationem animi erant deprimendi, quo cupidius exiguam spem salutis oblatam amplecterentur. Datum igitur consulentibus oraculum tristissimum illud<sup>4)</sup>

ὦ μέλει, τί κάθησθε; λιπὼν φεύγ' ἔσχατα γαίης, &c.

1) Plat. Them. 7. — 2) Herod. VII. 175. Plat. Them. 8. — 3) Pauly Real-Lex. v. divinatio. Contra Dunker p. 476. 780. Pythiam Persarum rebus fuisse statuit. — 4) Herod. VII. 140. —

Quæ cum audivissent Atheniensium θεοπρόποι, summo in luctu erant animumque plane abjiciebant. Desperantibus obviam factus suadet Timon quidam, τῶν Δελφῶν ἀνὴρ δόκιμος ὁμοία τῷ μάλαστα, ut supplices cum ramo oleæ iterum deum adeant. Quod cum fecissent deumque supplices precati essent: Ὠναῖ, χρῆσον ἡμῖν ἄμεινόν τι περὶ τῆς πατριδος αἰδεσθεῖς τὰς ἱκετηρίας τὰςδε τὰς τοι ἤκομεν φέροντες ἢ οὔτοι ἄπιμεν ἐκ τοῦ ἀδύτου, ἀλλ' αὐτοῦ τῆδε μενέομεν, ἔστ' ἂν καὶ τελευτήσωμεν, novum hoc impetrant oraculum paulo mitius:

Ὅδ' ὄνατα Πάλλας Δι' Ὀλύμπιον ἐξιλιάσθαι,  
 λισσομένη πολλοῖσι λόγοις καὶ μήτιδι πυκνῇ.  
 σὺ δὲ τὸδ' αὖτις ἔπος ἐρέω, ἀδάμαντι πελάσας·  
 τῶν ἄλλων γὰρ ἀλσχομένων, ὅσα Κέρροπος οὔρος  
 ἐντὸς ἔχει, κευθμῶν τε Κόθαιρῶνος Ζαθέοιο,  
 τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ ἐδρύσπα Ζεὺς  
 μόνον ἀπύρθητον τελέθειν, τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει.  
 μηδὲ σὺ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἴοντα  
 πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἤσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν  
 νῶτον ἐπιστρέψας. ἔτι τοι κατὰ δ' ἀντίος ἔσση.  
 ὦ θεῆ Σαλαμῖς· ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,  
 ἢ που σκυδναμένης Δημήτερος ἢ συνούσης.

Hoc oraculo perscripto domum redeunt et ad populum referunt (ἀπήγγελλον ἐς τὸν δῆμον). Sed quæ oraculi esset sententia quidque esset ξύλινον τεῖχος diverse interpretabantur, alii septum quo arx munita erat alii naves significari volebant. Hi quidem facile vincere videbantur, sed hæsitabant in postremis verbis: ὦ θεῆ Σαλαμῖς &c.<sup>1)</sup> Quem scrupulum ex animis evellit Themistocles, hostium solum liberos intelligi docens. Quamvis autem probabilem rationem suam omnibus reddidisset, cum patriam ipsam, quam unam omnes omnium caritates complexam esse Cicero dicit, hostium manibus tradere ne deorum quidem jussu quisquam facile in animum inducat,<sup>2)</sup> novis artibus opus erat. Multi enim erant infimæ conditionis homines, quorum mentes religionibus nimis occupatæ erant quique Minervam tutelarem deam deserere et hostibus tradere dubitabant. Itaque Minervam ipsam arcem jam reliquisse persuadebant hoc argumento, quod mellitam placentam draco arcis custos jam non esset depastus. Qua arte tandem imbecillorum et credulorum animi victi sunt. Quis igitur est, qui Themistoclem religionibus ita abuti potuisse credat nisi consentiente et probante Areopago? Sed non solum conjectura assequimur Areopagi opera Themistoclem effecisse, ut urbe relicta cives naves conscendere vellent, sed testimonio Aristotelis apud Plutarchum<sup>3)</sup> confirmatur: οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις Ἀριστοτέλης μὲν φησι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν πορίσασθαι ὅκτῳ δραχμῶν ἐκάστῳ

1) Herod. l. c. Plat. Them. 10. — 2) cf. Plat. Them. IX. Dunker p. 776. — 3) Them. 10. —

τῶν στρατευομένων ἀτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς τριῖρες. Sed unde pecuniam illam sumpserit Areopagus dubitant. Sintenis ad Plut. l. l. cum C. Fr. Hermanno ex templorum thesauris sumptam eam censet, ut post depulsum periculum restitueretur,\*) propterea quod in ærario nihil fuerit neque Areopagus ullam ærarii curam habuerit. Contra Dunker rhetorice rem exornavit Areopagitas et auctores fuisse dicens ut publica pecunia, quæ in ærario esset, tenuioribus ad familias in aliena terra sustentandas donaretur eaque locupletium muneribus augetur, et ipsos in conferenda pecunia reliquis exemplo fuisse. Quæ sententia cum parum conveniat verbis Aristotelis rejicienda et potius in altera acquiescendum videtur, præsertim cum ea quæ ex Clidemo affert Plutarchus, quamquam per se absurda et ad irridendum Themistoclem inventa videntur, tamen ex templo Minervæ pecuniam sumptam haud obscure significant. Sunt autem verba Plutarchi hæc: Κλειδῆμος δὲ καὶ τοῦτο τοῦ Θεμιστοκλέους ποιεῖται στρατήγημα. καταβαίνοντων γὰρ εἰς Πειραιᾶ τῶν Ἀθηναίων φησὶν ἀπολέσθαι τὸ Γοργόνειον ἀπὸ τῆς θεοῦ τοῦ ἀγάλματος τὸν οὖν Θεμιστοκλέα προσποιούμενον ζητεῖν καὶ διερευνώμενον ἅπαντα χρημάτων ἀνευρίσκειν πλῆθος ἐν ταῖς ἀποσκευαῖς ἀποκεκρυμμένον ὧν εἰς μέσον κομισθέντων εἰπορήσαι τοὺς ἐμβαίοντας εἰς τὰς ναῦς ἐφοδίων.

Ut igitur eo unde egressa est jam se referat oratio, si Cicero Themistoclem ab Areopago sive ab Areopagitis in perficiendo consilio suo adjutum esse scripsisset, recte judicasse putandus esset; bellum autem Areopagi consilio gestum esse cum dicat, Themistoclis laudi injuste eum obtrectasse censemus.

\*) cf. Thucyd. II, 13. —

*Nieberding.*



## Schulnachrichten.

### A. Allgemeine Lehrverfassung.

#### I. Ober- und Unter-Prima. Klassenlehrer der Director.

1. Religion a) Für die katholischen Schüler 2 Stunden wöchentlich Religionslehrer Sockel. Die Glaubenslehre von dem Wesen und den Eigenschaften Gottes; die Lehre von der Heiligung und Vollendung; Wiederholung der Hauptmomente aus der Kirchengeschichte. b) Für die evangelischen Schüler 1 St. w. Superintendent Jacob, im Wintersemester von der Erlösung; im Sommersemester neuere Kirchengeschichte.

2. Latein 8 St. w. der Director. 3 St. Horat. carm. lib. III, IV, ausgewählte Satiren und Episteln. 3 St. Cicero de off. lib. I, II, III. 2 St. Stilübungen nach Süpfe 3. Thl. Memoriren Horazischer Oden. Correctur der Aufsätze, deren Themata folgende waren: 1. Lucius Cornel. Sulla. 2. Brasida et Cleone belli suasoribus apud Amphipolim interfectis pax inter Lacedæmonios et Athenienses constituta est. 3. Demosthenes orator Philippi regis gravissimus hostis. 4. Comparatur Themistoclis victoria Salaminia cum consilio Solonis, quo primum constituit Areopagitas sec. Cicer. de off. I, 22. 5. Cyrus minor quomodo bellum contra fratrem paraverit atque suscepit. 6. Cleombroti et Q. Fabii M. ratio, quam uterque secutus est in bello gerendo sec. Cicer. de off. I, 24. comparatur. 7. Acerbissimi Romanorum in Pœnos odii causæ et effectus explicantur. 8. Coloniae a Græcis quibus de causis et quomodo eductæ sint et quæ necessitudo inter ipsas et patriam intercesserit. 9. Antiqua rerum Romanorum historia abundat exemplis magnorum virorum. 10. Non exercitus neque thesaurus præsidia regni esse docetur et exemplis illustratur.

3. Griechisch 6 St. w. der Director. 2 St. Sophocles, die beiden Oedipus. 2 St. Plato, Apologie und Criton; Thucydides lib. II bis c. 60 mit Ausschluss der Reden. 1 St. Homer Ilias lib. X—XV. incl. 1 St. Grammatik und Uebersetzung aus dem Deutschen ins Griechische, nach Kühner. Exercitien und Compositionen.

4. Deutsch 3 St. w. Oberlehrer Liedtki. Die Hauptlehren der Logik; Erklärung klassischer Stücke; Vorträge eigener Arbeiten und Censur der Aufsätze, deren Themata waren: 1. Es liegt um uns herum so mancher Abgrund, doch in uns selber liegt der tiefste. 2. Ein unnütz Leben ist ein früher Tod. 3. Das Alter ehr' ich, denn es hat für mich gelebt. 4. Nur das Gesetz kann uns Freiheit geben. 5. Der Entschluss zur That ist des Menschen Ruhm; der Erfolg steht in Gottes Hand. 6. Ueber den Ausspruch des Hippokrates: *ars longa, vita brevis*. 7. Ungleich erscheint im Leben viel, doch bald und unerwartet ist es ausgeglichen. 8. Der Schule wähne niemals dich entwachsen; sie setzt sich durch's ganze Leben fort. 9. Die Höhe reizt uns, nicht die Stufen. 10. Wissen ein Schatz, Arbeit der Schlüssel dazu.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. 1 St. Grammatik nach Knebel, nebst deutsch-französischen Uebungen; 1 St. Lektüre mehrer Stücke aus Karkers Handbuche und des Misanthrope von Molière.

6. Hebräisch 2 St. w. Religionslehrer Sockel. Syntax des Nomens und Pronomens; Wiederholung der Formenlehre. Gelesen wurde Genes. cap. 24, 27—29 v. 15; 32, 33, 35—v. 16; Richter c. 6 und 7. 1 Sam. c. 3. Ps. 1—11.

7. Mathematik 4 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. 2 St. Constructionslehre, Stereometrie; 2 St. Algebra, Reihen, Zinseszinsrechnung, Syntaktik. — Lehrbuch: Kambly Elementarmathematik.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Oberlehrer Liedtki. Die Geschichte des Mittelalters und ein Theil der neueren Geschichte verbunden mit der Geographie der bezüglichen Länder. Lehrbuch von Pütz.

9. Physik 2 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. Die Lehre von den festen, flüssigen und luftförmigen Körpern. Lehrbuch von Brettner.

10. Gesang 1 St. w. Gesanglehrer Lindner.

## II. Ober-Secunda. Klassenlehrer Oberlehrer Dr. Spiller, vertreten seit Anfang Juni durch Dr. Schuppe.

1. Religion. a) Für die katholischen Schüler 2 St. w. Religionslehrer Sockel. Die Lehre von der Kirche und die Kirchengeschichte bis zum 16. Jahrhundert. b) Für die evangelischen Schüler 1 St. w. Superintendent Jacob. Im Wintersemester von der Kirche, im Sommersemester von den Sakramenten.

2. Latein 10 St. w. Oberlehrer Dr. Spiller, später Dr. Schuppe. 3 St. Virg. Aen. lib. III, 192—718; IV, VI, 264—336, V, bis v. 438. 4 St. Liv. lib. VII c. 1. 2. 28—42, lib. VIII bis c. 12. Cic. oratio in L. Sergium Catilinam I. II bis c. 6. 3 St. Grammatik. Vom Gebrauche der Participien, des Gerundiums und Supins und Wiederholung der Syntax; Uebungen im Uebersetzen nach Süpffe 2. Theil. Extemporalien, Exercitien, Aufsätze über

die Themata: 1. Titus Manlius consul cur filium securi percusserit. 2. Certamen Horationum et Curiatorum (1 et 2. Livio duce). 3. Legatus Thebanorum apud Athenienses auxilii ferendi causa concionatur (Xenophonte duce).

3. Griechisch 6 St. w. Oberlehrer Dr. Spiller, später Dr. Schuppe. 2 St. Hom. Odys. lib. IV., Ilias lib. I. bis v. 360. 2 später 3 St. Xen. Hellen. lib. III. IV. cap. 1. — 2 später 1 St. Grammatik. Wiederholung der Formenlehre. Die Lehre von den Präpositionen und der Syntax des zusammengesetzten Satzes. Exercitien und Extemporalien.

4. Deutsch 2 St. w. Oberlehrer Dr. Spiller, später Dr. Schuppe. Poetik. Disponirübungen. Erklärung klassischer Stücke. Vorträge. Aufsätze über die Themata: 1. Schule und Leben. 2. Der erste Samniterkrieg und die Schlacht am Berge Gaurus. 3. Der kühne Rückzug des Decius. 4. „Denn die Elemente hassen das Gebild der Menschenhand.“ 5. Gedankengang und Composition von des Sängers Fluch, von Uhland. 6. „Von der Stirne heiss rinnen muss der Schweiß, soll das Werk den Meister loben; doch der Segen kommt von oben.“ 7. Leiden des menschlichen Lebens und Stürme in der Natur. 8. Welches ist die Idee von Schillers: Graf von Habsburg. 9. Vier verschiedene Themata zum Disponiren aufgegeben. 10. Clausurarbeit: Zwischen Lipp' und Kelches Rand Schwebt der dunklen Mächte Hand.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. Grammatik nach Knebel und deutsch-französische Uebungen; Lektüre der Histoire de Napoléon et de la grande armée par Segur, livr. 3, 4 und ein Theil von 5.

6. Hebräisch 2 St. w. Religionslehrer Sockel. Wiederholung der Lehre vom Verbum; die Formenlehre des Nomen und der Partikeln. Gelesen wurde aus Levy's Lesebuch pag. 21—44 und Exod. c. 32.

7. Mathematik 4 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. 2 St. Planimetrie und Trigonometrie; 2 St. Algebra. Lehrbuch: Kambly Elementarmathematik.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Oberlehrer Liedtki. Die römische Geschichte in Verbindung mit der bezüglichen Geographie, nach Pütz Lehrbuche.

9. Physik 1 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. Die Lehre von den festen und flüssigen Körpern. Lehrbuch von Brettner.

10. Gesang 1 St. w. Gesanglehrer Lindner.

## III. Unter-Secunda. Klassenlehrer Oberlehrer Polke.

1. Religion in Vereinigung mit Ober-Secunda.

2. Latein 10 St. w. Oberlehrer Polke. 3 St. Virg. Aen. V, VI. 4 St. Salust. bell. Jug. c. 1—70; nach Ostern oratt. in Catil. I. IV. 3 St. Grammatik nach F. Schultz. Memoriren; Exercitien und Compositionen.

3. Griechisch 6 St. w. Oberlehrer Polke. 2 St. Hom. Odys. lib. IV, XI. 2 St. Xen. Anab. lib. III, IV c. 1—5. 2 St. Grammatik nach Kühner; Exercitien und Compositionen.

4. Deutsch 2 St. w. Oberlehrer Polke. Die Lehre von den Tropen und Figuren; Erklärung und Memoriren klassischer Gedichte. Correctur der Aufsätze.

5. Französisch 2 St. w. Professor Heimbrod. Grammatik nach Knebel, nebst deutsch-französischen Uebungen; Lektüre von: Frédéric le Grand par Camille Paganel.

6. Hebräisch 2 St. w. Religionslehrer Sockel. Die Elementarlehre und die Formenlehre des starken und des schwachen Verbum. Lektüre aus Levy's Lesebuche p. 15, 16, 17.

7. Mathematik 4 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. 2 St. Planimetrie, die ersten 5 Abschnitte des Lehrbuchs; 2 St. Arithmetik die ersten 3 Abschnitte des Lehrbuchs; beides nach Kambly.

8. Geschichte und Geographie 3 St. w. Religionslehrer Dr. Smolka. Ueberblick der Geschichte der asiatischen Kulturvölker; darauf Geschichte der Griechen in Verbindung mit der bezüglichen Geographie nach Pütz.

9. Physik 1 St. w. Gymnasiallehrer Dr. Benedix. Die Lehre von den festen und flüssigen Körpern, nach Brettner.

10. Gesang 1 St. w. Gesanglehrer Lindner.

#### IV. Ober-Tertia. Klassenlehrer Gymnasiallehrer Schneider.

1. Religion a) der katholischen Schüler 2 St. w. Religionslehrer Sockel. Die Lehre von Gott dem Heiligen und Vollender; von den h. Sakramenten und dem Gebete. b) der evangelischen Schüler 1 St. w. Superintendent Jacob, im W. 3. Artikel, Heilslehre; im S. Gemeinschaft des Heils.

2. Latein 10 St. w. Gymnasiallehrer Schneider. 3 St. Cæs. de bell. gall. lib. III, IV, V c. 1—23. 3 St. Ovid. metam. ausgewählte Stücke. — Grammatik nach F. Schulz, verbunden mit Uebersetzen aus Süpfle 1. Theil; Memoriren, Exercitien und Compositionen.

3. Griechisch 6 St. w. Gymnasiallehrer Schneider. 2 St. Hom. Odys. I, II. 2 St. Xenoph. Anab. von I c. 5 bis III. 2 St. Grammatik nach Kühner; Memoriren; Exercitien und Compositionen.

